



Universitätsbibliothek Paderborn

**Christomachia Calvinistica, Et Sacramentariorvm Omnivm
Vere Sathanica**

Lindt, Willem van der

Coloniae, 1584

VD16 L 1925

III. Epistola ad N. Caluinistam dissuasoria ne Sacmentarijs fidem diutius
habeat: sed à Caluinismo ad desertam dudum redeat Catholicam Christi
Ecclesiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30267

77

COGNATVS COGNATO SVO CHARISS. VNVM

IDEM QVE SAPERE, ATQVE
in Christo IESV felici-
ter vivere.

 V O D ab annis tam mul-
tis (quod mihi sæculum
videtur) Cognate charis-
me, non scripserim, variæ
sunt causæ: quas nunc ni-
hil profuerit commemorare.

Ab infesta pace illa Gandensi, cu-
ius te partem non postremam fuisse,
per dolenter audiuimus, spes erat pijs
omnibus tranquillitatem aliquā Ca-
tholicæ Christi Ecclesiæ apud calamiti-
tosiss. Belgas perturbatissimæ; vt &
Reipubl. luctuosissimæ, subsequentu-
ram. sed cum ea, Deo electæ suæ Bel-
garum plebi meritò iratissimo opta-
tum suum non habuerit successum,
in maiorem colloquendi atque con-
grediendi desperationem in dies pro-
trahebamur. Itaque nunc ad te scribe
re nos (cum ocio abundemus nostris
à Chri-

EPISTOLA

78 à Christi ouilibus menses totos duo.
deviginti exclusi, omnibusque, Chri-
sto gratia & gloria, à Statibus vestrīs
Belgicis priuati & spoliati, Genuæ ex-
fulantes, vt in Hispaniam traijam⁹)
tui cogit amor: quem nobis non so-
lum cognatio & germana sanguinis
propinquitas peperit, sed conuictus
etiam Hagen pridem suauissimus cō-
ciliavit, cum illic Decanū Collegij a-
gerem, & tu regis cōsiliarium, multis
de cōponendo isto Religiōis dissidio
habitis persæpè inter nos sermonib⁹.

Quam enim fueris hactenus cordi
meo charus, te fugere non potest: qui
totà teneris à me expert⁹ es amicitia
non simulatæ symbola. Hanc autem
amicitiam, etsi quibusdam videatur
mutatione religionis violatum iri: ta
mē ego tui memoriam, veramq; tua
in Christo salutis dilectionem nondū
deposita (tāta enim est, vt nulla exhau-
riatur injuria) neq; apud Deum obli-
tus sum vnq; licet illo in sacrificij verè
Christiani loco, quo viuorū fratum
memoria ex solemini, immò Aposto-
lici ritu, tam apud Græcos, quam La-
tinos

tinos, Arabas, Syros & Armenos, adeoq; Christianos omnes habetur, tui meminisse magno huius animi mœrore non possum, sicuti per fratrem tuum D. N. Colonia superiori anno Cl. D. significaui. Isthac enim nouæ tuæ religionis professione, cùm te à nostra auita & Apostolica adeò fide certo tuo cum exitio subtraxeris, tremendi illius Eucharistici sacrificij nō potes esse particeps, neque filiorum Dei vel in commemorando, nedum in congregando consors, qui te à societate filiorū Dei, quos sola Catholica Christi parit, & ad regnum illud Dei eternum certò perducit Ecclesia summo cū sacrilegio congregaueris.

Certè quod tibi & fratri tuo Ingolstadij liberalibus studijs operam dantibus, ante annos plus minus duodeviginti, non raro metuebam, nunc tibi certo cum exitio, cheu dolor? tam lethaliter euenisse, perq; animo meo facit ægrè. Idq; eo magis, quod isti sestatum exitialium nunc diaboli studio passim certa plurimorū pernicie grassantium infœlicissimæ, atq; oīm fe-

ferè tetterimæ , te infelicem dederis
sextatorem.

Hebr. 12.

Vtinam charissime cognate, men-
ti tuæ infixam obtinuisses illam cæle-
stem D. Pauli vocem: doctrinis varijs
& peregrinis nolite abduci περιάγεσθαι
in errorem circumducit? Atque te do-
ctrinas varias , aut illas peregrinas à
D. Apostolo notatas sectatum , scio,
inficias ibis : sed purum pütum Dei
verbum te sedulitate omni consesta-
tum. An non variae , mi Cognate, tú-
am te per salutem obsecro , attentus
considera, sunt dicendæ; quæ à Mater-
na Ecclesiæ Christi doctrina tot capi-
tibus euariant? an non peregrinæ, que
piorum auribus nunquam à Christi-
anorum memoria , nisi summo cum
horrore fuerunt auditæ, nedum pro-
batæ. Meritò te hoc solo nomine de-
buisset deterrere, quod dissidia & dis-
sensiones fidei noua ista generat do-
ctrina. D. Paulus suos Romanos, post
quam annos totos minimum decem
fuissent à D. Petro Christi Apostolo,
& ouilis eius Vicario , D. Clemente,
Lino, & Cleto, illius & commilitoni-
bus

bus & successoribus in Christi Euani.
gelio recte instituti, istiusmodi eis à
nouatoribus aliquot iam tunc metu
ens pericula, hortatur rogans, vt ab
illis caueat, qui dissensiones à doctri-
na, q̄ à D. Petro didicerat, obseruēt, &
vitent, atque ab eis qui offendicula
docent magno studio declinent. Nō
enim est dissensionis $\delta\alpha\kappa\alpha\tau\alpha\sigma\tilde{\epsilon}\varsigma$, siue
dissidiorum & seditionum author
Deus: sed diabolus. Itaq; vbi alma di-
uinę doctrinę violatur cōcordia, & fu-
nesta Christiani dogmatis inuehitur
discordia, indubio pijs Dei filijs est ar-
gumēto, eā controuersiā non à Chri-
sti spiritu, qui Deus pacis est, & con-
cordiae, sed ab infauistissimo Antichri-
sti spiritu jecodæmonē, excitari, vt
fratres perniciosè diuidat, vt ouilia
Dei exitialiter disturbet, denique vt
oues Christi internecina lue dissipet,
diuellat, dilaniet. Istud cum omnes
faciant infælices huius miserrimæ tē-
pestatis schismatici, ac propter liberā
suę nouę impietatis electionem ve-
rè ac meritò dicti hæretici: nulli ta-
men absurdius, foedius, aut irreligio-

F sius,

EPISTOLA

82
fius, quām qui illius miselli Caluini
discipulos sese infelicit gloriātur:
hoc tibi, scio, paradoxum videbitur,
qui te purissimā omnium, sequi infœ
lix persuasum tenes doctrinā Euange
licam: quam cum cæterarum eodem
dissensōnis patre diabolo prognata
rū inuidia reformatam arrogatissimē
vos quidem appellatis. Verūm ne re
rum harum ignorantia deceptus à ve
ro aberres diutius, paucis aliquotnūc
tibi, aspirante Christi spiritu, aperiā re
ligiōis Christianæ capita, vt video stā
dem, fauente atq; miserante (qd' sup
plex deum obsecro) Christo, inquam
horrendas te præcipitem miser dede
deris blasphemias, & in sūmas, adeo q;
abominādas in verā diuinamq; religi
onem imprudens incurris iniurias.

I.
Arrianizat
Calvinus.
Nō eò te animi cœcitatis delapsum
opinor, vt Arrianismū Euāgelio Chri
sti aduersari neges, quem cū Caluin⁹
tuus initio suæ Apostasiæ instaurarit,
an cum virum habēdum diutius sen
tias Euangelicum? Certè an. 35. Sym
bolum D. Athanasij in Synodo Lau
sanensi suscipere cōtumaciter admo
dum

dum recusauit, nisi ad gnomē scriptū
rarū, inquiebat homūculus arrogan-
tiss. examinasset. Negat & filiū ex sub-
stantia Dei patris natū, vnde & illud,
Deum de Deo, sacrilegus audebat de-
trahere illi Symbolo Nicæno. tam. n.
illotis ex scholis vestris Iuristarum (q
oīm maximè Catholicam nunc suis
cum Grammaticis aliquot, vexāt Ec-
clesiā) ad tacrosanctas scripturas con-
taminandas accurrit pedibus. Nam à
Vvilhel. Farello seditiosiss. illo hoīc
impiè catechizatus Sabellianismū se-
stabatur, vnde & Confessio Augusta-
na eū damnauit, quē in hunc vīq; diē
plurimi Caluini discipuli ita pro Euā-
gelio puro, puto colūt, vt vel à forma
Baptismi audeant ardeliones vestri p
Hollandiam, & alibi contra Euange-
liū, Christi spiritum S. excludere. Hīc
etiam Caluini discipuli venenū illud
impij Arrij & Sabellij cum Genevæ
hausissent, diuinum illud D. Athana-
sij symbolum in hodiernum vsq; di-
em nō pauci ore blasphemō dictitat
Sathanasianum. Certè cum filium
Caluinus faciat & minorem Patre, &

EPISTOLA

34

secundam causam rerum, denique secundum ei locum in sede diuinæ Magistri. tenere impius fingat, effugere non potest, quin purus putus cōuincatur Arrianus, quemadmodum liquet ex Nouo Testamento Lugduni, ex approbatione Caluini & Bezæ, anno 71. aut circiter impresso. Cuius impietas venenum an tibi non affricuerit, quidam, cur dubitem, faciunt, illa tua conuiuia Hagen. commemorates, ubi his de rebus te inter pocula disputare solitum ferūt, ut vt sit, nos ad alia istius tui Euangelistæ transeamus impia dogmata.

Pelagianismum Euangelicæ Christi gratiæ infestum, qui nouati Euangelij prætextu renouare audet, an tibi non censeatur certas Euangelicæ doctrinæ hostis? Procul dubio agnoscis scio. Hunc ergo tu magistrum seques, qui voles, qui pueros cum Pelagio nasci, non renasci filios Dei impiè docet? Non enim in regnum Dei cuiquam pateat ingressus, si Christo fidem habemus, nisi qui ex aqua & spiritu fuerit denuò natus: quemadmodum vniuersi-

II.

*Pelagianizat
Caluinus.*

Iohann. 3.

uersa tenet in hunc usque diem Ecclesia Christi Catholica, ex Apostolorum traditione ita instituta: modò huius rei testes admittas Patres Orthodoxos, & vetustissimos Scriptores, Aug. Homil. 14. de verbis Apostoli, Origen. Com. ad Rom. 5.

His limitibus sacrilega Caluini tui impietas se se continere nequit: sed in absurdissimum etiam Manichæismum fœde admodum se præcipite infoelix dedit. Negat enim homini suum esse arbitrium liberum in rebus Religionis: Quid ergo Christus Iudeis infidelitatem exprobrans: Quoties volui vos congregare, inquit, filios tuos, & nolui? Si noluit, quomodo non suo istud fecit arbitrio? an velle & nolle Christo fidem habere humana non est voluntatis? quæ etsi ad hoc diuino adiuta fulcitur auxilio: suo tamen id facit arbitrio. Certè Dei spiritus apud Davidem testatur, *Psal. 94.* Iudeos noluisse ambulare in lege dei; Rursus idem clamat: Nolite obdurate corda vestra? Quomodo denique iustus est Deus, si homines ad lucem

III.
Manicheizas
Caluinus.

Euangelij vocans, eos ęterna mulctet
damnatione, si non sua pereunt mali-
tia? & obstinata ad peccādum ipsi se-
se perditum eunt voluntate? Nolo im-
piū illud, vereq; nefariū oīm blasphem-
iarū caput hic cōmemorare , quo
Caluinus tuus calamo Sathanici in
Deū odij toxicō infecto scribit, Deū
nō minus esse autorē prodiōis Iude
quā conuersiois Pauli. ô vocē Satha-
nico furore dignissimā? & quę vel sola
demōstret meridiana luce clari⁹, Cal-
uin. helleboro eguisse, illiusq; discipu-
los magis sensu , q̄ pœna op⁹ habere.

III.
Iudaizat
Caluinus.

Quorsum nunc vestrum illum in-
grediar Iudaicæ impietatis pelagum,
quē Caluin. tot capitib. renouat? quę
nos dialogis. quibus Ruevvardus titu-
lus est, siue de animi trāquillitate, nō
pauca accēsuimus. Paucula igitur hic
perstringemus, vt Iudaizantē fugias
magistrū, ne teblādis suis imposturis,
venenatisq; verborum blandiss. fuis
Iudeis Calui- in aternum abripiat barathrum. De
nus à varijs usuri nihil dico, quas multò suis dis-
suis mercato- cipulis atrocius suadet extorquēdas,
ribus defen- quam Iudæi. Isti enim non nisi ab ex-
dit licuas. trancis

traneis: Ille à fratribus docet iustè rapi, imò ingenti fraternæ (inquit com. in Psa. 14) charitatis benevolentia nū mos ad fœnus præstari. Non te hic ad diuinæ reuoco scripturas, quas rectè intelligere, atq; vt D. Paulus monet, ὅρθο τομεῖν, rectè secare, siue incidere nō didicisti; cum Dauid clamet, eū in cœlesti Dei tabernaculo habitaturū, qui pecuniā suā non dederit ad usurā: Et Christus seueriter admodū auaros oēs admoneat, egenis fratribus vt mutuū dent, nihil inde sperātes: sed tuas ad leges ciuiles veteres, vt & ad illud Caton. q̄ rogatus, Quid fœnerari? qd hominē occidere, perquā verissimē respondit. Qui ergo Iudaizare, imò bis Iudaizare volet, Caluinū sequatur magistrum: vnde & tantā colluuiē auaris simorū nostratium mercatorū in ei cloacā videmus, pro dolor! defluere.

Eodem spiritu verè Iudaico Caluinus SS. libros Machabæorum de Canone scripturarum cum Iudæis reijcit. Cum eos D. Augustinus, quem ille indubitatum his in cōtrouersijs admittit testem, tam disertè afferat, nō

F 4 Iudai-

Iudaicam synagogam: sed Ecclesiam
recipere Christianam. Quid ergo, mi-
cognate, dubites (modò D. Augusti-
num feras Iudicem) quin te Calvinus
ad Iudaicam pertrahat Synagogam.
Verum illud maioris ut Iudaicæ im-
pietatis, ita Antichristianæ Apostasiaz
dogma execrabile, quo cum Iudeis
negat Apostata, nostrū Ecclesię Chri-
stianę sacrificium, quo passionis Chri-
sti memoriam quotidie Sacramento
à Christo instituto, ad pium illud A-
postolorum exemplum, Actor. 13. re-
nouamus. Nemo enim vel mediocri-
ter doctus, vocem illam Apostolicā
D. Lucę λιττραγγειαν, rectissimè ab Eras-
mo expressam esse, sacrificiis antibus, in-
ficiādo fuerit: cum eadem voce Chri-
stiani Græci in hunc usq; diem ad ex-
plum Liturgiæ D. Basilij, & D. Chry-
sostomi SS. Missam appellant Litur-
giā. An nō hoc ex illo diuino Mala-
chiæ oraculo: Inter Gentes offertur
nomini oblatio munda aduersus im-
pios Iudeos, Orthodoxi Patres DD.
Irenæus, Iustinus, Augustinus, Euseb.
Cæsariensis. Chrysostomus, & alij plu-
rimi

rimi cōfirmant? quorum Catalogum
legere est Apologetico nostro , pro
Concordia cum Germanis lib.2.

Sed de hoc Ecclesiæ Christianæ sa-
crificio inter nos fortè dixeris , con-
ueniat facile, si de huius sacrificij con-
ueniret materia & actione . Nam cor-
pus Christi in ara (de qua D. Paulus
Hebræis loquitur) offerri vos dogma
tibus vestris impijs consentaneè insi-
ciamini; cum in S. Eucharistia contra
Christianos non esse præsens cœcis &
obstinatioribus animis cum Iudæis
contendatis. Nolo nunc multus esse
in locis diuinarum Scripturarum ti-
bi accumulandis, quibus clarissimè
homini non præfracto , aut anticipa-
tæ suæ sententiæ amatori non insano
euincatur, illa Christi Domini verba,
Hoc est corpus meum , non nisi pro-
priè & substantialiter de vero & hu-
mano Christi corpore ex beata virgi-
ne assumpto loqui. Vnus sufficiat ho-
mini non cōtentioso, qui placidè au-
dire , atq; animo trāquillo veritatem
expendere dignabitur: in quorū classē
noste, aspirante Christo, repositū te-
nemus.

F 5

D.Pau-

*Berengarij
dogma impiū
tuetur Cal-
uinus.*

D. Paulus causam Corinthijs suis exponens, cur in Ecclesia Corinthijs na dormirent multi, ægrotarent mul ti, affligerentur febribus, noxisq; varijs multi, disertè affirmat ideo hęc pa sos, quia non dijudicassent corpus do mini, nimirum quod non legitimē parati, & æquo minus apti illud man ducarāt immundo corde, atq; impu ra mente, quod sine legitimo pecca torum dolore, sine idonea tantis my sterijs præparatione, sine congrua mē tis puritate, ad mysticam illam men sam, vereq; cælestē conuiuum illotis & manibus & mentibus accurrerant. Si non erat præsens Christus in S. Eu charistia, quam Corinthij ad suam ac cipiebant noxam, certumq; exitium: quanam, obsecro, ratione peccabāt, & grauiter adeò peccabant, quòd nō dijudicarent corpus Do. si tantūmo do illa edebāt in cœna Christiana, istū vestrum pistorium panē, nulli re sub stancialiter mutatum, ecquid graue, obsecro crimen, panē illum non sine fide, tamē impuro suscipere ore? cum nihil ei sanctimoniae veræ, sed inane tan-

tantum imaginarij corpóris rep̄sen-
tatione accedere vos peruersum ha-
beatis? Possem in huius rei fidem Ilia-
dem testimoniorum ex Orthodoxis
PP. tibi cōtexere: sed tempori parcēs,
vnum modō tibi sufficere arbitror
D. August. quem plurimorum instar,
tuus solet veritatis testē iactare Cal-
uinus Si veritatem quæris agnoscere,
mi cognate, vnum quæso lege ipsius
commētarium, in illa Psal. xxij. verba:
Edēt pauperes, & saturabuntur, & ad-
orabunt eūm: Rursus in Psal. 98. Ado-
rate scabellum pedum eius: de cuius
cōmentario si dubitas, D. Ambros.
magnum eius magistrum cōsule lib.
de fide ad Gratianum His D. August.
verbis adeò luculentis, adeò dīteris
& manifestis, nullisque calumniosis
Sophistarum cauillis obnoxijs, si fi-
dem habere voles, poterunt nativa
sua luce, & illa eiusdem loca illustra-
re clarissimè, quibus obscurioribus
Caluinus cum aliquot suis coniura-
tis, ad perniciosam simpliciorum
fratrum fraudem, callidè non mi-
nus, quam exitialiter dolo malo
ab.

EPISTOLA

92

abutuntur. Si tibi ex vero esset Berengarij Archidiaconi, cui vestri palinodia cognita, qua se ipsum bis, ter in synodis sui erroris liquido conuictus, condemnauit, equidem non dubito, & tu eius exemplum salutariter sequens, in tempore tandem resipisceres, ac te pristinæ tuæ auitæ fidei, adiuuante Christo, redderes, quod ovtinam breui nobis liceat videre? vti per Dei misericordiam non desperamus: cui non raras pro te, tuisque Cœnatoribus Caluinisticis, siliquas nostro angelorum pani stolidè, nefariosè dicam, preferentibus, preces fundimus.

VI.

Caluinus Ma- Vnum superioribus addam caput,
humetosuffra- quod Caluinum tuum verum demō
gatur in dog- stret sacrilegi Mahometi Turcarum
mate de San- Etis non colen Pseudo prophetæ infoelicem disci-
dis, atque in- lum.
auxilium in-

notandis.

Piam Sanctorum Apostolorum,
 & Martyrum Christi ad nostrum auxilium inuocationem, audet Caluinus, Mahometum Turcarum Pseudoprophetam imitatus, appellare idolatriam: sed quam absit longè ab ista impietate Orthodoxum Ecclesiarum Chri-

Christi Catholicæ dogma, iam pridē Juliano Apostatæ, Porphyrio, Euno-
mio & Vigilantio (ô præclaros ve-
stros auos, quorum nefariam sedulò
renouatis impietatem) responderūt
D.Cyrillus Alexandrinus in Apolo-
geticō contra Iulianum Apostatam,
D.August.de Ciuitate Dei , D.Theo-
doret.de curatione affect. Græcanica
rum, & D.Hieronymus. Quos Patres
procul dubio Orthodoxos, cum tota
Christi Ecclesia, tam Græca, quam La-
tina, & Syriaca, & Armenica infandæ
damnare idolatriæ, cuiusnám obse-
cro, est furoris? Cæterūm quam mul-
tis capitibus Caluinistæ cum Alcora-
no illo Mahometi conueniant, antè
annos xv. orbi demonstrauimus, Dia-
logo de animi tranquillitate, ex quo
si desideras, petere licebit. Vnde mirā-
dum nobis nihil est, quin assiduis po-
tius gemitibus apud Deum deplorā-
dum, tot Gallos, & aliarum nationū
Caluinistas, ad sacrilegas Mohometi
leges sese transferre, atque secundum
impietatem Iudæorum, carnalem su-
scipere circumcisionem : sicuti nobis

*Caluinistæ
plurimi Ma-
humeticā Ju-
scipiunt legē,
Constanti
nopolī circun-
cidunt, sicuti
et Francofur
iū alibi,*

ij nar-

EPISTOLA

ij narrant, qui Constantinopoli egērunt & Francofurti, & alibi.

VII.

*Calvinus ac-
tij beroem
re oquar mor
tuos Sacri-
cio Christi nō
iuuari.*

Coronidis loco illud tanquā hui⁹ fabulæ actum postremum addam caro quia mor put, de pijs precib⁹ & sacrificio Ecclesiae pro defunctis vita fratribus: quod impium illum sequutus Aerium, Calvinus callido Euangelij prætextu audit renouare. Alibi hominis isti⁹ malitiam, hic eiudem impudentiam sat mirari nequeo. Iactat se D. Augustini sententijs plurimum tribuere.

Age igitur quidnam D. Augu. de pia pro mortuis prece & sacrificio Altaris sentire arbitraris, mi cognate? an aliud quam auita nostra fides totius

Catholicæ Christi Ecclesiæ toto orbe diffusæ suffragio corroborata? Certè aliud nihil. Plurimis enim locis non

solum docet mortuos iuuari viuo-

*D. Augustin.
quæst. ad Dul-
citem, & de
verbis Apost.* rum precibus & sacrificio Mediato-
ris: sed pios etiam Lectores orat, vt suæ matris Monicæ ad Altare Chri-
sti meminisse velint, vnde illa hauri-
re solet, salutare Christi sacramētum.
Vide quæst. 2. ad Dulcitem, & Enchy-
ridij cap. 110, vbi disertis verbis affir-
mat

mat, Sacrificium altaris mortuorum Christianorum quibusdam Sacrificium esse propitiatorium; esse, inquam propitiatorium, ut misericordius, inquit, cum eis Deus agat, quā ipsorum peccata meruerunt. Huic doctrinę ex certo Dei verbo, & liquida DD. Apostolorum traditione cōsentunt Christiani omnium regionum omnes, nō Latini solum, Syri, Arabes & Armeni: sed ipsi etiam Græci, vt ex DD. Basilij & Chrysostomi Liturgijs, & testimonijs liquet, & ipso adeò Ecclesię Græcanicę Euchologio, Venetijs impresso. Vnde quorundam improbab demirari audaciam satis nequeo, qui iactitare apud imperitos non erubescunt, aliam esse hoc dogmate Græcorum, quam Latino- rum sententiam, cum vtrique ex libris Machab. & D. Pauli ad Corinth. statuant indubia animarum post hāc vitam expiationem siue purgationē: sed tantum controuersia de modo purgationis est: nimurum an igne, an poti⁹ spirituali animi cruciatu, & moe rore, aliave ratione suas luat poenasse

Vt

Vt ut de hoc purgandarum post vitā
animarum modo sit sentiendum , v-
trique suos sequuti maiores, ex certa
Diuorum Apostolorum doctrina cō-
stanter per annos 1500. docent, ani-
mas quorundam post hanc vitam i-
gneillo purgatorio probari, purga-
ri, expiari, à quo & S. Missæ, siue Li-
turgiæ auxilio liberentur, quod nul-
lus vnquam negare inter Christianos
audebat, quin mox hæretici notam,
& excommunicationis censuram in-
curret, quemadmodum videre est
apud Diuum Augustinum de hæresi-
bus, apud Diuum Epiphanium con-
tra Aériam, & D. Damascenum de
dormitione mortuorum , quam &
vester Oecolampadius ipse nobis ad
inuestigam cum sui, tum vestri refuta-
tionem de Græcis conuersam iam pri-
dem dedit.

Hic omittere non possum, quin no-
bile illud emblema tibi promā. Cog-
nate chariss. quod Biblijs suis Calui-
nus & Beza voluere insignis quasi pur-
purę primū affabre assutum. in locū il-
lū 2 Machab. 12. ita scribunt adverbū:
Pource

DISS VASORIA.

97

Pource que les Papistes , n'auoyent 1. point de passage en l'Escripture, pour prouuer leur purgatoire, cestuy ce a este cause, que les Peres reuerens assemblez, au cōcile de Trente ont mis celiure, avec tous les autres Apocry-^{2.} phes au rang des liures Canoniques. Car ils ne pouuoyēt pas mieulx gaig-^{3.} ner leur cause, qu'en ce faisant. Mais ^{4.} outre ce, que ils contreuiennent au consentement de toute l'egleise anci-
enne, qui n'ai amais eu ces liures cy en telle authorité: que ceulx, qu'on a nommez Canoniques, on void bien leur afinerie , en ce qu'ils ne voyent ^{5.} pas, que ceci est recitè plus pour ap-
prouver la resurrection , & pour vn tesmoignage publique de penitence,
que pour induire a prier pour les tres-
passez. Et quant à ce qui est dit ci apres ^{6.}
vers. 46. aucuns scauans personnages
sont d'aduis, que ceci y a este adiouté
par quelque autre. Que si les Papistes ^{7.}
ne se veulent contenter de ceste solu-
tion, nous n'auons que aleur respon-
dre, que ils nous monstrent en quel
temps ces liures ci ont eu telle autho ^{8.}

G

ritè

E P I S T O L A

98
rite en l'eglise que lon ait vsede leur
tesmognage pour prouuer vne do-
ctrine, de la quelle il y eust different,
o. ou controuerse. Ou bien que il nous
fassent apparoir de la puissance de leur
Pape & de leurs Euesques cornus, à ca-
nonize le liures, & on leur donnerá
leur cause gagnée.

Agnoscis verba tibi nota ex Bibli-
js Henrici Stephani anno 1565. fol. 84.
Qua in pericope tot ferè tibi numera-
bo{si tamen patientem cōmodes au-
rem)mendacia, quot sunt verba.

1. Aiunt nullum Catholicis in verbo
Dei existare testimonium pro statuen-
do purgatorio. Istud & Grēci negant;
& Latini, varia Do. Christi & Aposto-
li Pauli ex Euangelicis literis promen-
tes loca, vnde doctrina hæc Christia-
na solidè confirmetur, de quibus ali-
bi opportunius. vide, si veri amor te-
capit, Panopliā & Apologeticum no-
strum.

2. Quod omnes Apocryphos cū Ma-
chab. fecerint patres Trid. canonicos
vani⁹ est, q̄ vt responsionē mereatur.

3. Non suā, sed Eccles. Christi causam
ege-

DISSVĀSORIA.

99

egerunt PP. Trident. confirmantes li-
bros Canonicos : quos pia venerata
est antiquitas.

Aiunt hos libros Machabæorū nunquam fuisse à Christianis habitos pro Canonicis, vtrū hic tuorum Caluini ac Bezzæ magis mirer imperitiam, an malitiam addubito. An non eos agnouit D. Aug. locis nup allegatis? An nō eos Canonicos fuisse testantur cōcilij Laodicea. PP. sub an. Dom. 364. An non PP. 214. in Cōcilio Africano an 413. An non eosdem inter Canonicos accēset cōciliū illud vniuersale 6. Cōstantinopoli in Trullo habitū an. do. 681. An nō & Florentinū Oecumēnicū ex PP. tā Græcis q̄ Latinis, Armenis & Syrijs congregatum?

Cuius igitur sit impudentiæ, dicā s.
an inscitix, q̄ lepidi isti nouorum Biblio-
rum fabri adiiciunt, quòd Patres
Conc. Trident. suum inquiunt, leur A-
sinerie, asinitatem orbi demōstrant,
quando Machab. librum pro statuen-
do purgatorio faciūt Canonicū, qua-
si de piorū defunctorum auxilio agat,
cum loquatur de resurrectione.

G 2 Sed

Sed si verum audire sustines, ipse ita dicato, an non immerito tui magistri Patres Trident. (quorum non paucos ipse nouisti doctissimos, iuxta ac sanctiss. viros) turpi adeo infamant blasphemia. Si enim, ut & ipsi nequeunt inficiari, Iudas Machabæus iussit offerri sacrificium pro Iudeis in vera Dei religione ac fide mortuis pro ipsorum peccatis, ut ab eis soluerentur, ac liberarentur: quænam obsecro est Patrum Tridentinorum imperita stoliditas, siue ut istos bipedes asinos ruderere non poduit Asinitas?

6. Atqui hic vobis (ô argutos sophos) ipsi cōtradicitis: cum agnoscitis non quidem præcipue, sed tamen ex causa minus præcipua exemplum hoc Iudæi Machabæi hic recitari, ut pij ad supplicandum inquisitis pro defunctis inducerentur.

Si enim ista commemoratio illustris vnius Machabæi plus est hoc in libro recitata ad statuendam mortuorum resurrectionem, quam ad fundandas pro mortuis orationes, necessaria vestris ex verbis sequitur, etiā pro his

DISSVASORIA.

XXX

his mortuorum precibus, fuisse ibi
hoc exemplum celeberrimum reci-
tatum.

Ista temeraria suspicio facile illo- 7.
rum animos perturbet, qui stolidam
uitate nouandorum dogmatum ab-
ripiuntur, suæ obliiti stationis à DEI
Ecclesia, à cuius fide miseri exciderūt:
quorum Deus miscreatur.

Isti magnæ vestræ quæstioni (6 so 5.
phi, nostrates respondeant Catechu-
meni, tempus si scire libet, videnu. 4.

De potestate Patrum in Concilio 9.
generali satis abundè alibi est disputa-
tum, quod eos cōuitio insigniunt ve-
stri docti isti, imò à se ipsi, non à Chri-
sti spiritu docti, cornutos eos dicitā-
tes: tu vide, an ne tui meritò bis cor-
nuti sunt, censendi, qui tam crassa
vndique, imò asinaria verius antiqui-
tatis Ecclesiastice imperita sese doctis
omnibus propinanter deridendos: qua
sua maledicentia ut sese Deo faciunt
execrabiles, ita pijs omnib' odibiles.

Siue vos causam nos viciisse assera. 10.
tis, siue negetis, nihil doctrinæ Eccle-
siasticæ veritati decedit. Sed quia iam

G 3

VO.

103 E P I S T O L A

vobis tempus est demonstratum, qđ
flagitabatis, nimirū ante annos 1200.
fuisse hos Machabæorum libros pro
Canonicis agnitos, atq; adeò appro-
batos, v̄os humiliter agnoscite victos
& abiecta omni arrogātia superbiaq;
Abyronica, ad matrem vestrā Cath.
redite Ecclesiam. Talibus igitur stro-
phis, infamibus, imò pudendis men-
dacijs vestri Beza & Caluinus noua
dogmata imperitis suis discipulis au-
re prurientibus persuadere audaci i-
gnorantia, ne arrogante dicam ma-
litia, impudentissimè aggrediuntur.

Sed modum his rebus facere mo-
net Epistolaris breuitas, quam tui a-
mor me fecit excedere. Hunc nouato-
rum tuo à Calaino dogmatum septe-
narium sufficere opinor, Cognate
charissime, vt homini, qui motē non
sit mentis, oculos aperiat, ne diutius
ab illustri illa veritatis Euangelicæ co-
lumna, quæ Catholica nostra est Ec-
clesia, aberret: à cuius doctrina se sevi-
det tot Principibus doctrinæ Christi-
anæ capitibus certo æternæ suæ salu-
ris periculo dissidere.

Sie

DISSVASORIA.

四

Sienim vna est Dei fides, fieri ne-
quit, quin is certò certius sc̄e perdi-
tum eat, qui eam deserens, nouatas
hominum impiorum, & mente cor-
ruptorum doctrinas sectatur. Porrò
illani de rebus diuinis nuper dictis do-
ctrinam non tantum hæc vniuersa
nunc temporis & tenet, & profite- Quos ad Ecclesias à regno
Apostolus & verbo Dei
licam, & verbo Dei verè consentane-
am; sed ipsa etiam tota venerandorū
Patrum nostrorum ad ipsos usque A-
postolos retrò antiquitas, quæ uno
semper ore vobis contraria & docet,
& omnes eius aduersarios, siue ut
Paulus appellat, Hæterodidascalos,
damnat, ac tanquam spurios & ver-
bi Dei adulteratores horribili tradit
excommunicationi. In quam cùm
temiser præcipitem dederis, vide, ob-
secro, quónam tu nunc es loco con-
stitutus.

Qui ab Ecclesiæ corpore, aut suo i- *Vide D. Aug.*
psius, aut Ecclesiæ iudicio abiicitur, *de unitate*
sive præciditur, non magis vitæ, quæ *Ecclesiæ.*
ex Christo capite nobis suum per

G 4 Spi-

I Cor. 4.

Spiritum, teste D. Cypriano, communicatur, particeps esse potest, quam ramus arbore sua decisus.

Rom. 7.
Excommuni-
cati non ha-
bent spiritum
Christi, ergo
Antichristi
sunt.

Qui autem Christi spiritum non habet, hic non est eius, ait D. Paulus Roman. 7. Qui non est Christi, proculdubio est Antichristi, cum quo erit illo æterni iudicij die in puteum, sulphure ac pice inflammatum, semperque ardente præcipitandus.

Hunc sempiternum ignem ardentes flamarum globis usque & usque flagrantem, an tibi modò nondum times mi cognate: Spero te illò insaniæ, ne dicam Atheismi (in quem tamen Calvinistæ vestri magna, pro dolor? caterua irruunt) non esse prolapsum, ut æterni ignis poenas impijs & periuris, & qui amāt mendacium, præparatas tibi non metuas.

Apocalyp. 27
Quod periuri sunt, & æter-
num damnam di, qui Eccle-
siam deserūt.

Te autem in istorum periurorum esse numero, ne castrorum istorum impiorum, dei copijs sacrilegè aduentantium dicam primipilum, si non habes persuasum, agè tuam te per salutem æternam obsecro, videamus, an tibi, fauente atque adiuuante & illuminan-

DISSVASORIA.

seq

minante S. spiritu, hac oratione per-
suadeatur.

Cum Christi sacramenta suscep-
tus ad Baptisimum venisti, vbi ab-
nunciasses diabolo & pompis, doctri-
nis & erroribus eius omnibus, Chri-
sto nomen dedisti: eius fidem à vera
sua Ecclesia tibi proposita, pollicitus
te seruaturum, & Deo in eadem Ec-
clesia, cui te incorporari postulasti,
seruiturum. Dum enim professus fui-
sti, te credere vnam esse Catholicam
Ecclesiam, in quam cupiuisti admit-
ti, vt filius Dei ex filio diaboli, atque
ex miserrimo æternæ damnationis
mancipio, efficereris Christi libertus,
hanc vnam te matrem, hāc te solam
magistrani veritatis, hanc te vnicam
vitæ æternæ ducem sequuturum, spo-
pondisti.

His tuis stipulationibus, religiosis-
que sponsonibus accessit Sacrosan-
ctum Baptisma: quod in dictorum
confirmationem, certumque æternæ
salutis remedium simul & sigillum ti-
bi fuit sponsore meo, ni fallor, à patre
aut patruo impensum. Ab hoc fœde-

G 3 re

EPISTOLA.

106.

recum Deo tot pijs Apostolorum cē
remonijs, sacrisque maiorum ritibus
inito, qui recedit, an non tibi Apoſta
ra censendus videatur? an non est infi
delis? an non verè Antichristus? an
denique non est de intœlice illorum
periurorum manipulo, quos D.Io
han. Theologus Apocalyp. 22. Dei spi
ritu edoctus prædictit in puteum il
lum sulphureis flamarum globis
semper flagrantem præcipitandos, &
ternumque discruicandos? Atqui ex
ephœbis egressus, inquies, & adulti
or factus, vidi me non verè catechi
zatum, nec vera Christi doctrina im
butum, denique non Euangeli, sed
hominum dogmatibus malè institu
tum. Itaque vela conuertens, verio
rem sequor magistrum, qui me pro
culdubio ad Christi regna perducet.
Toto erras cœlo?falleris, mi Cognā
te, falleris? Sed quem mihi tuum no
ta Caluini an. uitium obsecro dicis magistrum? no
te nouum suū stine satis, quemnam sequaris magi
strum: Si tibi ex vero fuissent istius
Magistri explorati, & mores improbi
& doctrina impia, nunquam à vero
Chri-

*Vide D. Cy
prianum de
unitate Ec
clesiae sive sim
pliciat præ
bæreticos non
esse christia
nos, sed Anti
christianos.*

*Qualis nā vi
ta Caluini an
te nouum suū*

*uitium obsecro dicis magistrum? no
te nouum suū stine satis, quemnam sequaris magi
strum: Si tibi ex vero fuissent istius
Magistri explorati, & mores improbi
& doctrina impia, nunquam à vero
Chri-*

Christi grege aberrans in istorum lumen
porum fauces verè interdecinas in-
foelix incurrisse. Quo namque syllo-
gismo persuadeas tibi, animum at-
tentus aduerte, precor, lucem Christi
& veram Euangelij doctrinam nunc
tandem post tot sæculorum curricu-
la diuinitùs reuelatam homini tam
flagitioso, tam scelesto, tam sacrilego
tā deniq; vitijs adēd abominādis coo-
perto? Is enim dum adolescens Aure-
liæ Iuri operam daret, atque suæ na-
tionis Picardicæ Procurator fuisset
electus, cum calice (vti eius tunc illuc
condiscipuli nostratibus bona fide
narrarunt anno 64.) cum S. Cruce, cū
ornamentis Ecclesiasticis omnibus,
quæ societas illa clarissima fidei illius,
accustodiæ diligenter seruanda com-
miserat, sacrilegus aufugit: vt futuri
sui immanis istius sacrilegij præ-
clarum orbi Christiano specimen
præberet.

Neque hoc sacrilegio contentus,
suam etiam iuuentutem tot impro-
bis, tot nefarijs, tot infandis, &
Chri-

*A Sacrilegio
Calixtuſ ſuū
Aurelio fuit
exo: jes
Euangelium,
cum Iuri ope-
ra daret illuc.*

Christianis indignis auribus, flagitijs,
sceleribus, piaculis contaminauit.
An non sua in patria Nouioduni tu-
us Apostolus, si Christo placet, Calui-
nus infami carcere fuit illis de causis
diu admodum constrictus? an non
ob confessam, adeoq; conuictam So-
domiam fuit ardenti rogo adiudica-
tus? an non clementissima sui Episco-
pi N. misericordia in gratiam fuit (re-
lictis quæ possederat Beneficijs Eccle-
siasticis) receptus? sed ne impunè fer-
ret, illis candentibus lilijs Gallicis or-
nabatur manu carnificis Caluinus tu-
us stigmatizatus: an non hac de causa
in Italiam cum suo auo Cain extorris
abijt, sui pudore victus, & ab Illustris-
sima Ducissa Florentiæ aliquot aure-
is tanquam exul Galliæ adiutus? Ta-
lia fuere Caluinici Euangelij exordia:
talem ac tam sanctum, ac verè sacrū
tua doctrina habet authorem. Certò
dignum nactus sibi fuit diabolus or-
ganum, cuius scelerato ministerio to-
tam exitialiter perturbaret Galliam:
quod à teneris tot flagitiosis imbuc-
rat sceleribus, & nefarijs contaminata-

uerat

uerat criminibus. Quam verò ab eis-
dem imposterum fuerit alienus flagi-
tijs, tibi facile, opinor, persuadeant
tui quondam in isthac pestilētiæ scho-
la commilitones, qui ad tuum exem-
plum hypocritica eius sanctimonia
diu seducti, eius vitam nunc ad sanio-
rem reuersi mentem literis tradidē-
re. Vide obsecro, si tuam amas salu-
tem, vitam Caluini per DD. Medicū
Hieronymum Hermetē impressam
Lugduni, Anno 1577. vbi pulcherri-
mum videbis exemplum de illo Cal-
uini Ganimede Italo adolescentे,
quem aureorum millia quatuor suf-
furatum noluit inquiri, licet amici su-
am & offerrent operam, & certam
pollicerentur recuperationem: veri-
t̄ ne pristina vulnera illa Nouiodunē
sia nouis liliorum illorum Gallicorū
stigmatibus recrudescerent, aut poti-
us hominum memoria recandesce-
rent. Qualem verò Caluinus tuus po-
steà duxerit vitam, nolo nunc fusius
commemorare, cum non de profes-
orum agatur vita: sed doctrinæ veri-
tate, penes utram partem ipsa verè sit
tandem

EPISTOLA

118
tandem reperienda. Sed quod de iuuen-
tute Caluini dixi, adeò sceleratè du-
cta, eò dixi, ut tecum scriò cogites, an
in tale Sathanæ organum spiritus san-
ctus descendat? qui effugit fictum, ne-
que habitare potest in corpore sub-
ditò peccatis. Cum igitur fue-
rit à puerò tam sanctum & perquam
religiosum, imò dedicatum diabolo
mancipium, callidus ille impostor sa-
luti hominum semper inuidens, dig-
num sibi inuenit organum, quo im-
pium suum Zuinglianismum orbi fa-
scinando fucatori & floridiori orati-
onis puræ cothurno propinaret. Ta-
les enim sibi versipelliſ ille draco sem-
per solet deligere nouarum suarum
contra Christum Tragœdiarum cho-
ragos: qui insigni & egregio admo-
dum nobilitatis scelere suis aptiores
impijs videbantur dogmatibus in-
vulgjs spargendis. Qualem fuisse Si-
monem Magum meretricium illum-
ganeonem veteres commemorant,
& Mānichæum Priscillæ ac Maximil-
læ scortis suis deuotum, deniq; & Pri-
scillianum in Gallia eximum hypo-
crytam

eritam suæ illi meretriculæ N. clarissi-
mi Grammatici filiæ addictissimum.
Nihil nunc tuo de Beza dico, qui tot
adulterijs & simonijs fuit Parisijs no-
bilissimus, & verissimus nostris ecclii
AEGISTUS, quemadmodum etiam nū
cius poemata Paganica, imò lenone
dignissima meretricios Martialis ver-
sus ganeonica impuritate, ac foeda
obstoenitate multis parasangis exupe-
rantia.

Is plurima sua Beneficia duobus
emperibus Græca fide cum vendi-
disset, eo nomine publica praconis
voce & excommunicationis edicto
fuit notatus.

Idem sartoris cuiusdam Parisien-
sis in platea Cytharæ uxorem ob adul-
terium eiectam, & ad publica prosti-
bula profugam, magnis multarum
Ecclesiarum spolijs onustam, secum
Geneuam vestram pius reformator
transportauit; quam illis ad suam can-
didam tot celebrauit poematis, post
quam viuo marito suo vicino illam
permolere consuecerat. Nihil nūc de

Varijs

EPISTOLA

112

varijs eius dicam Sodomij, quas ne
ipsum quidem dissimulare, nobiles e-
ius scripto testantur discipuli: sed hos
dices exemplo Apostolorum ad me-
liorem frugem Christi Euangeliō re-
ductos, in posterum enim honestam
duxisse vitam. At qui de vita professio-
rum nihil nunc disputo accuratius,
quibus alias erit locus commodior.
Satis enim notū est, vestrates ex pro-
fesso contra veteres Ecclesiae Cano-
nes, & Apostolorum instituta, imò
contra vestras ciuiles leges, & Sacer-
dotibus, & Monachis, & sanctimonii
alibus Matrimonia concedere, adeo-
que propter adulterium, & alias for-
tè causas nouum permittere coniu-
gium. Hæc flagitia, scelera, & infanda
piacula vos appellatis matrimonia,
pretexentes nomine culpam, licet nō
defint publicorum Caluini tui adul-
teriorum indicia plurima cum illis
suis perbellis discipulis: quæ solæ pu-
ello bimulo, aut trimo comitatæ il-
lum accedebant dubia Bibliorum ab
illo, inquietabant, dissoluenda petitu-
ra, Bibliorum codicem sub brachio
gestan-

gestates: quas suis cōclusis foribus & fenestrīs solet diu solus catechizare. Sic de illa N. quā toties extra Geneuā sub vesperū visebat, absente marito, non dubia fuit fama : vt nihil hic dicam de illa nostrate Falesia : quæ suo cum marito ad Bernensem agrum, hac potissimum de causa commigrauit, cum non eam semel sibi exoptaret uxorem, viuente marito languido, quod ipsa suis amicis varijs persæpè fuit conquesta. Certè incestuosum se inficiari non potest: qui annis quinque monialem quandam ex Cœnobio Veilmur fugitiuam duobus in menses singulos coronatis aureis ex publico pauperum Geneuensium peculio aluit, lecti sui sternendi causa, eam tandem, vbi ex illo quatuor plus minus iā mensib. vterū gestasset Apo statæ Canonico cuidam Losannæ degenti locauit in matrimonium (vt vos quidem dicitis) boni viri stuprū, imò incestum semper appellare consueuerunt.

Adhæc nihil de illo admodum nobili homicidio, quod miraculi facien

H di

di (si superis placet) causa perpetrauit
vt ipsa occisi miseri Itali vxor in hunc
visque diem testatur, & familia. Certè
hæc cum apud D. Hieronym. Herme-
tem legerem, non mirabar, Caluinū
obiectum sibi publicè à Michaele Ser-
ueto in Tribunali homicidium, pro-
bari noluisse. Ut vt verò sese res ista
habeat, tales procul dubio habes tuæ
nouatæ fidei, immò perfidiæ magi-
stros, qui omni scelerum fœce con-
spurcati, & cœno flagitiorum defœ-
dati, nouo sese isti tradidere publican
do diabolicæ doctrinæ Euangeli. At
huius doctrinæ authorem primum,
inquires, hoc sæculo habemus Reue-

*Zuinglium
veriss. diabo-
li discipulus
ex ipsiusmet
testimonia.*

rend. P. & S. Th. D. Ulrichū Zuingliū:
scio, sed quam is fuerit non Christi,
sed Veneris ac seuæ Bellonæ sacerdos
impurissimus, totusque dæmonio li-
bidinis deditus, notius est, quam vt
hic commemorem.

Cuius verò spiritus reuelatione iste
nouam vestram didicerit Berengaria
nam impietatem, ipse suis met verbis
testatur; Quod sub auroram genius
ipsi apparuerit (inquit lib. cui supple-
men-

DISSVATORIA,

mentum fecit titulum) ater, an albus
nescio; qui argumenta ex Moysè sug-
gesserit, verbum (Est) in Christi orati-
one: Hoc est corpus meum, non sig-
nificare præsentem corporis substanc-
tiam sed metum absentis typum, siue
figuram nudam, spectrumque re-
rum inane & vacuum. Hos igitur cer-
tissimos diaboli discipulos (modò i-
psorum verbis fidem habendam pu-
tas) cum tu sequaris magistros, tu vi-
de, mi Cognate, quantò te, tuamque
salutem æternam exponas periculo;
imò quam certè te ipsum propines
internecioni æterne, sempiternis igni-
bus horrendæ? quod tales sequaris du-
ces à Christi ouili, te fraude admodū
perniciosa seducentes.

Sed cum istius pestilentissimi er-
roris tui exitialis originem animo
tristis reuoluo, video me longè Quod à sua
vxoretanquit
admodum à scopo aberrasse. Non altera Euia
enim te viros, mihi vt narrant miser sit sed
ctus.
tui amantes amici, habere nouæ i-
stius impietatis magistros: sed fœmi-
nam, alteram tibi Euam, vxorem tuā:

H 2 quæ

quæ sibi Magdalena titulum (si Christo placet) non veretur vendicare. Adèò istud verum esse intelligo, vt ipsam non puduerit publico in conuiuio iactitare, imò publicè seriò hacte re gloriari, ac de te triumphos agere, quod plurimum fermenti tuo, inquiens, ex sinu sedula extraxerit, atque deterserit. O magistram tuam nouit Euangeli singularem, que contra D. Pauli doctrinam sibi sui mariti arrogat catechisationēcū ipsam oportet in filētio discere, ac maritū domini omni cum reverentia interrogare. An non igitur te iam nunc sentis ex emplo Salomonis, & infelicissimi Adæ à vero per fœminam (cuius plerūque opera diabolus nunc temporis plurimi homines in Belgio suis ab uxori suis ad impie- luctuosiss. non infelicitate ad suum, proh dolor? commodum usus nosci- bus ad impie- tur) seductum? Illane tibi fermentum satē perfidiae detersit, que plena fermenti ex pernici- sum seducti. ciosis aliquot non minus, quam indoctis impurissimorum Anabaptista rum libellis hausti, verum tibi illud Pharisæorum instillauit fermentum, a quo Christus cauendum admonuit, sed

it, sed ô te incautum? imò infœlicem
prorsus censorem! qui loco saluberri
mæ farinæ, quæ animam tuam in vitâ
educet ac enutriat æternam, diaboli-
cum elegeris fermentum, quo te ipse
certo certius is perditum. Talis gene-
ris fermentum esse doctrinam tuam,
quam Caluini magisterio ab Arrio, à
Manichæo, à Pelagio, à Berengario,
denique ab impijs Iudeis & Mahume-
tanis mutuatum pro Euangeliô infæ-
lix suscepisti, notius est doctis, & in ve-
terum Patrum scriptis exercitatis,
quàm vt semidoctus ambigat. Nos
singulorum capitum suprà comme-
moratorum doctrinam tribus verbis
astruximus, epistolari breuitate ex-
clusi, ac tuis negotijs consulentes, ve-
riti, ne si prolixiores fuissimus, tibi fa-
stidio epistola foret: quam si grātam
tibi admonitionem habere cognoue-
ro, me semper, quæso, persuasum ha-
beas paratissimum non solum mæ
in Catholica Christi Ecclesia constan-
tiæ rationem reddere, sed tuis etiam
hac pro virili argumentis responde-
re, curiam tibi à nostra societate, at-

H 3

que

que salutari illa corporis Christi in uno spiritu compage, quæ vno sub Pâstore D. Petri successore collecta, veram nunc exhibet Christi Ecclesiam Catholicam & Apostolicam, putasti discedendum, & nouos tot impiorum dogmatum magistros sectandos. Sanè si mihi placidè accitra contentio- nem potissima dignaberis perscribe- re argumenta, quibus adductus atq; persuasus auitam nostrâ putasti mu- tandam religionem, ego meo in te a- more singulari ac perpetuo instiga- tus, non paucas tibi vigilare noctes sum paratissimus, vt aliqua saltem parte ostendam te certò cum salutis exitio à vero Christi Iesu vnici Salua- toris nostri aberrantem Euangelio, veram illam Catholicam & Aposto- licam temerè ac sine causa iusta, siue legitima deseruisse Ecclesiam, quæ à D. Paulo ἀληθείας ἐδράσωμα, sedes veri- tatis, dicta est. A qua pertinaciter & contumaciter qui aberrat, nulla eis sa- lutis æternæ spes potest esse reliqua, quod vna est Dei fides, & Ecclesia v- na,

na, cui sub ouilis sui nomine curam
D.Petro, eiusq; successoribus Domi-
nus Christus rediuius, & in cœlum
sua ad instruendos Dei lege noua &
Testamento per Prophetas promisso
homines, legatione perfunctus com-
mendauit.

Interea dum tuum exspectamus
responsum, nos solitis ad Christum
pro te, tuisque miseri gregis istius A-
postatici socijs vacare pergemus pre-
cibus; ut veritatis suæ lumen seductis
suis diabolica fraude ouiculis, ostend-
dere dignetur. Tu verò mi Cognate
in Christo chariss. interea ne tibi, obse-
cto, desis, ac similes ad preces conuer-
sus, toto pectore Christo vero Deo &
homini, vnico nostro Mediatori fun-
dens, ut tui misertus veram tibi recu-
perandæ salutis æternæ ostendat rati-
onem, qua in vitam felix peruenias
sempiternā. Hæc enim certissima est
ratio, qua & ab omni reuoceris erro-
ris periculoſissimi auio: & in recta ve-
ritatis diuinæ via cōstabilioris. Quod
si ex animo facere nō grauaberis, ego

H 4 tibi

EPISTOLA

120

tibi spondeo, mi Cognate, non fru-
strà te istam precandi sàpius operam,
tuæ salutis æternæ impensurum. Hoc
enim meo tibi affirmarim exemplo,
quod coram Christo Iesu viuorum
& mortuorum Iudice & Cordiogno-
sta tibi profero, mc nulla re alia, ita in
hoc de alma S. Eucharistiæ veritate
dogmate fuisse confirmatum, & in
eius profitendi constantia corroborat-
um, quàm cælesti hoc Christi Do-
mini præsidio, quod ad preces breues
quidem illas, & suffrigidas antè an-
nos, ni fallor, 30. & q̄ excurrit Loua-
nij fusas meo letus sēsi infusū animo.

Cum enim die quodam festo festæ
interessem concioni, animus, nescio
qua sua leuitate, & iuuenili mēte per
varia peregrinante, in aliud, quàm a-
gebatur raptus, hac de re argumen-
tum devoluitur, quo me non rarò
memini exagitatum ac turbatum, vt
ei perspicuè ac liquido responderem.

Verùm cum non occurret in lo-
co sacro q̄ tentanti, vrgentiq; subide
diabolo, & ad castra vestra inuitanti,
solidè ac perspicuè responderem, in
men-

mentem venit illius verbi, quod Christus suis in synagoga Capharnaum dixit, Panis quem dabo: caro mea est.

Itaque non aliud mihi tunc aduersus infestas insidiantis, improbeque arrietatis diaboli tentationes (quibus & alias saepius me exagitarat) refugij putauit reliquum, quam ad ipsum veritatis Euangelicę fontem me totum conuertere, atque precibus ex animo fusis supplicarem, ut meam miseratus cum inscitiam, tum ingenij imbecillitatem, sua in veritate Euangelica dignaretur confirmare.

Quod finita concione, quam dixi, è vestigio sum aggressus, atque ad locū vbi veteri ex more laudatissimo, patribusque iam olim probatissimo, sacrosancta in ægrotorum viaticū seruatur Eucharistia, cū accessisse, huc ferè in modū, quod memini, orabā:

O Domine Iesu Christe, Saluator meus, & redemptor meus! lux vera, lumenque cœlestē, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, verbis tuis postremo illo SS. Cœnæ tuæ conuiuio, & Aposto-

H s lis,

lis, & nobis dictis, Hoc est corpus meum, equidem plena & indubia fide credo, etsi meum superant intellectum, captumque omnem humnum: sed tu cum sis veritas ipsa, & vita, ne me ullis patiaris dolosis diabolit temptationibus, aut fallacibus hominum sophismatibus victum, aut plausibilibus prudentiae carnis laqueis intricatum, à tua veritate discedere, qui potius mentem meam fluxam, cœcam, & instabilem tuæ fidei luce magis illustratam confirma, & fidem meam adauge, vt in Apostolica tua doctrina perseverans, tandem videam a facie faciem, quod nunc in speculo & in ænigmate. Verba enim tua cùm ipsa sis veritas, me fallere non possunt, Ecclesia tua Catholica, cuius me filium esse tuo beneficio singulari voluisti, me decipere nequit, cùm sit columna veritatis: Fides Ecclesiae tuæ toto orbe concorditer difusa, nō potest nō esse verissima, cū ita ab Apostolis traditam omnes vbi que hactenus credunt Catholici, & viri

viri verè Christiani sanctissimo omnium Patrum consensui suffragantes. Ab horum pia societate, atque eō sensu perpetuo, mi Domine Iesu, tua per vulnera pro me diriter in cruce inflictæ obsecro, ne me patiaris ullis Sathanæ sophismatibus auelli, aut hominum fraude distrahi: sed me tua in fide Christiana, & doctrina verè Euangelica confirmare digneris propitius: qui pro me miserrimo peccatore acerbissimam illam crucis mortem tolerare dignatus es: cuius hoc ipsum corpus, quod in sacra sancta Eucharistia venerandum cernimus, adoro, & supplex colo, voluisti nobis saluberrimum esse memento non in tui pro nobis crucifixi memoriam populo tuo semper exhibendum. Hunc ferè in modum, ut dixi, tunc animo æstuanti precatus, benignum sensi, & tunc, & in posterum, Christo Iesu gratia & gloria, cœlestis gratiæ auxilium, atque contra omnia diaboli sophismata præsidium luculentissimum, quo ita fuit ani-

mus

EPISTOLA

124

mus mihi, obsecro, crede, in veritate
Apostolica confirmatus, vt nullam
ex eo tempore senserim hac super do-
ctrina mentis vel leuissimam dubita-
tiunculam: sed quasi sublatis ac seda-
tis omnium retationum diaboli pro-
cellis, magna fruor tranquillitate, at-
que animi pace, sperans me à facie ad
faciem visurum in cœlo, quod nunc
in terra exulans fide firma, vereque
Apostolica cerno, totaque mente co-
lo, & venerabundus adoro.

Hoc exemplum si vel nunc mico-
gnate in Domino Iesu chariss. imita-
ri libeat, mihi crede, non abs re fece-
ris. Tua certe interest plurimum, vt
vel hac, vel simili formula frequenter
interpelles Redemptorem & Salua-
torem tuum vnicū Christum Iesum,
quem te pro vero Dei filio, & vni-
nostro Mediatore constanter colere
mihi persuasum teneo. Non enim o-
pinor te impiæ istorum siue Epicuræ-
orum, siue Atheistarum, aut denique
Libertinorum familiæ tradidisse, aut
impio illo & execrando Antichristi
spiritu dignissimo scripto, cōtra tres
im-

impost. fascinatum à fide Christi exci-
disse, absit omen; Deusque auertat,
quod non paucis aut imprudentia,
aut suæ salutis æternæ incuria cuen-
se, eheu dolor, compertissimum est.

Tali certè, quam diximus, orationi
Christo Domino subinde toto pecto-
re, animoque non simulato funden-
dæ mirum in modum suffragetur se-
dula tua in Deum fidei exercitatio.

Profuerit igitur Deo gratias agere de
fide in Christum tibi donata: quæ exi-
mum sanè donum Dei est, quæ non
ratione nititur, aut capitur humana:
sed diuina infunditur illustratione
cœcam ægri hominis mentem cœli-
tus illuminante. Cum ergo fides Dei
donum sit, non donatur hominibus,
nisi à fidei authore Christo Iesu: qui
donorum omnium spiritus sancti, ut
solus est possessor; ita solus etiam
est sua pro voluntate distributor, au-
ctor, & conseruator. Ab eo autem o-
mnis qui petit, accipit; quia si quid pe-
tierimus in fide non hæsitantes, pro-
culdubio accipiemus: fidelis enim est
& scipsum negare non potest. Si ergo
& tu,

126 E P I S T O L A

& tu, mi Cognate in Christo charissi-
me, fide firma, & vt D. Paulus vocat,
non facta, cum Apostolis Christū Dei
filium inuocās oraueris: Domine ad-
auge nobis fidem, equidem futurum
nihil ambigo, & te cum D. Petro (cūm
interrogaretur, num & ipse cum illis
Cappharnaitis, & aliquot discipulis
vellet à Christo discedere, propter
hoc ipsum vestrum de S. Eucharistia
scandalum) exclamaturum, Domine
ad quēm ibimus? verba enim vitæ æ-
ternæ habes, & nos scimus, & credi-
mus, quia tu es filius Dei Hanc fidem
D. Petri in Christum Iesum, quod est
filius Dei, ac verus Deus, qui habet,
quoniam, obsecro, pacto eius verbis,
Hoc est corpus meum, fidem non ha-
bebit? Si enim Deus est, omnipotens
est, vnde & corpus suum dare potest
hominibus ad manducandum, quia
apud Deum non est impossibile om-
ne verbum.

Porrò hanc D. Petri in Christum
Iesum fidem, quia Caluinus cum su-
is non habent (quia cum Arrianis e-
um

Ioan. 6.

um patre facit minorem, atque ex eius substantia negat natum, ideoque de Symbolo illo Niceno caput hoc Deū de Deo, sustulit sacrilegus(mirā dum non est, si cum illis Capharnaitis vestræ perfidiæ, immō infidelitatis atque veræ vestræ ^{ταπισίας} socijs, immō Patriarchis, negant Christum suis dare posse corpus suum ad manducandum, quia plenam de diuinitate Christi, quod sit omnipotens, non habent fidem: cum fides in Deum vera & non ficta Deo, negare non possit, quod vult esse factu possibile.

Quam fidem in Christum veram, & plenam, si & tu, mi Cognate in Dominō charissime, orando sapius, & ardentius obsecrando impetraueris, mihi dubium non fit, quin magno animi gaudio ex veræ in Christum fidei concordia nato, nobiscū illud D. Petri elogium exclamabis, Domine Iesu Christe, fili Dei viui, ad quem ibimus, à quo cælestis Euangelij veritatem discamus: tui enim verba vitæ æternæ habes, & nos credimus,

quia

quia tu es filius Dei, quia omnia quæ
cunque voluisti, fecisti, & nihil tibi
est, quod vis, impossibile. Hæc autem
fides in Christū Iesum nō ratione, vt
diximus, nititur humana, nec intelle-
ctu hominis capitur, aut mente com-
prehenditur: sed sola Dei illustratio-
ne, qua mente fideli, humili, miti, at-
que non obstrepere diuina ope, atq;
spiritus S. plerophoria persuadetur ve-
rum esse, quod fides docet Christiana.
Cùm enim fides, teste D. Paulo, ar-
gumentum sit rerum non apparenti-
um, siue ελεγχος. Certè conuictio & de-
monstratio firmissima eorum, quæ
nec oculis, nec sensibus, nec ipsi adeò
menti videntur siue apparent: sola
Dei persuasione menti coelitus infu-
sa nititur, vt verum esse firmissimè
credat, quod credendum est, nō quia
ita sensus menti nunciat, aut ratio in-
dicat: non quia mens videt, ac rata ex
consequentia siue ratio cinatione ali-
qua firma perspicit, sed quia Dei ver-
bum est, quod fallere nescit. Quod es-
se longè verissimum capita fidei Chri-
stianæ de Christo DEI filio homine
facto

DISSVASORIA.

129

facto: de ipsius ad inferos descensu, &
& à mortuis resurrectione. Rursum
de mundi non Platonica illa æterni-
tate, aut ex subiecta Peripateticorum
materia, aut Epicuri Atomis, aut Lu-
cretij perpetuo elementorum Sym-
bolismo: sed ex nihilo creatione, ac
hominum ad unum omnium mor-
tuorum resurrectione, Solis luce cla-
rius homini non simulata fide Chri-
stiano est indubitatissimum.

Sicuti ergo insanissimæ fuerit de-
mentia, hæc fidei capita, quæ tibi, co-
gnate charissime, spero etiamnum
stare salua, & immota, ad ratiōes aut
Platonis, aut Aristotelis, Auicennæ,
Lucretij, atque Auerrois expendere,
atque ex illorum principijs, siue Maxi-
mis & axiomatibus, de fidei nostræ
dogmatibus censere, ac iudicare: ita
furore non caret manifesto in re S. Eu-
charistia, istos nouos consulere Ma-
thematicos Euclidianos: aut ratio-
nem audire humanam, quæ & in re-
bus sibi sensu cognitis, non raro de-
prehenditur delirare, ac cœcos foue-
re errores.

I

Fi.

EPISTOLA

130

Fides enim in re Eucharistica non syllogismo Euclidiano, & Peripateticorum categorijs cum vestro Beza & Caluino venit metienda, expenda, definienda : sed solo Dei verbo, quod tam habemus Christiani luculentum & disertum ; Hoc est corpus meum, ut nullum equidem arbitror dogma nobis extare in scripto Dei verbo aut certius, aut luculentius, aut manifestius. Si enim in hæc Christi verba : Hoc est corpus meum, Apostolis post illam in Synagoga Iudaica promissionem, Panis, quem ego dabo, caro mea est, dicta interpretanda, istos vestratium admittendos putabis aut Tropos, aut metonymias, aut denique Syncedochas, aut nescio quæ noua fraudulentissimi Sathanæ sophismata miseris hominum mentes fascinantia. Ecquid obsecro, argutissimis illis, eiusdem versipellis Latronis respondeas gryphis, quibus & tibi indubitatissimam Christi oppugnat impios suos p̄ satellites incarnationē? Si enim tibi in re Eucharistica permittis aut Zuinglij tropum, aut Oecolampadij

padij figuram, aut Caluini metonymiam, aut Bezæ Synecdochen, vt veritatem presentis Christi corporis in S. Eucharistia sacramento euertas; cur non & nouis Valentinianis, siue Marcionitis idem simili aliquo tropo licet in illo D E I oraculo: Verbum caro factum est? Sed quò me tui amor Cognate chariss. transuersum abripuit? vt tuæ studerem salutis æternæ, mei oblitus mihi videor^s qualia, qualia verò hæc tibi videbuntur, equidem mihi coram Christovi orū & mortuorum Iudice profiteor, me nō nisi tui gratia hūc labore inter assidueos cordis mei dolores, quos & patræ calamitas & tuæ, aliorumq; fratribus in Christo chariss. certum salutis periculum parere non desinunt, suscepisse, vt saltem certā tibi ostenderem rationem, qua ad indubia æternæ illius, & eiusdē immortalis vita peruenias, imò redeas, semitā. Huc te, ô utinā cito? illa Dauidis, imò Dei spiritus in illo loquētis reuocet vox: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurate corda vestra? Recitatas à nobis il-

EPISTOLA

132

causas, cur tibi sit resipiscēdum, seriō
& attentus, obsecro, expende : sed ci-
tra cōtumacem anticipati animi ob-
stinationem, & proteruam arrogan-
tioris mentis obdurationem, qua ve-
rum videre nolis : sed Dei verbo te
Christianā hnmilitate subijciens, mā-
suetum te p̄ebeas ad illud salutariter
audiendum, non quidem animo p̄e-
occupatus ab hoc vel illo magistro:
sed totum te à personarum conside-
ratione auellens, purum illud putum
exquire Dei verbum, quod per Apo-
stolos suos D. Christus vniuerso se-
mel ab initio proposuit populo Chri-
stiano, qui in vna Catholica Christi
Ecclesia semper summa doctrinæ at-
que animorum concordia colligi-
tur. In verbo autem Dei intelligendo
vnam illam assiduè tibi p̄œculis ha-
beas tuam te per salutem eternam ob-
secro, regulam, esse quædam in eo, si-
cuti & in D. Pauli Epistolis, teste D. Pe-
tro intellectu difficultia, δυσνόητα, captu-
non facilia, obscura, abstrusa; quæ ho-
mines mente corrupti depravant, di-
storquent, & adulterāt ad suam ipso-
rum,

rum, aliorumq; inconstantium perditionem. Hanc igitur tibi professionē, cùm sutor vltra crepidam tibi sumperis, vide quam ego tibi videar absurdus & insulsus, imò verè stolidus, si ergo nulla Isagoge, aut progymnasmataibus Iuris vestri ciuilis me professo-rem aut Iudicem de herciscundis hæreditatibus, finibus regundis, stillicidis, & agrorum seruitutibus, aut denique XII. Tabularum legibus dare auderem.

Tu tua de professione & institutio-ne Theologica statues, quod voles: ego scio quantulum illi & difficilli-mæ, & obscurissimæ, ac latissimæ ope-ræ impenderis: in qua tum demum incipere mihi cum D. Augustino videor, cùm reliquum temporis huius misellæ vitæ, quod Deus elargiri for-tè dignabitur, totum sedulus impen-dero. Quod ipsum vitæ tuæ curricu-lum, si & tibi SS. literarum studijs do-nare animus est, equidem tibi ex ani-mo gratulor; quod vitam tuam bre-uiculam tristis audio symptomatib^z, nescio quibus, & hectica siue phthysi-

ca exhauriri, quæ res te magis habere
iure optimo debet sollicitum, ne re-
pentina morte iustus Deus te hinc su-
um illud ad seuerissimum abripiat
tribunal, vbi erit tibi ratio admodū
exacta reddenda, cūrnam sine ullai-
storum nouorum Pseudopropheta-
rum miraculo, sine ullo diuini numi-
nis testimonio, sine ullo etiam sancti-
oris vitæ fuco te à Catholica Christi
separaueris Ecclesia, cur fidem muta-
ris autam, cur denique te ipsum im-
probis & publica omnium voce infa-
mib⁹, profanis, & sceleratis magistris
tradideris cōtaminandum, imò pro-
pinaueris prophanandum & constu-
prandum, abominandisq; impiæ do-
ctrinæ dogmatibus impiandum. Qd⁹
diuini Iudicij periculū effugere, si est
anim⁹, vnū illud D. Pauli aīo tuo nun-
quā, ô mi cognate chariss. patiaris ela-
bi, nos factos quidem esse Christi par-
ticipes, & eius corpori insertos, soci-
os fratres, & cohæredes, si modo te
neamus initium substantiæ eius, siue
τὴν ἀρχὴν τὸν οὐσιῶν exordium fidei,
(quæ nobis rerum illarum, cœlesti-
um,

um, humanumque captum omnem
superantium, quibus credendum est,
substantiam ostendit, ac veluti men-
ti presentat) ab Apostolis traditæ,
symbolumque Apostolicum eo sen-
su, quo illud toti ab initio yniuersæ
tradidere Catholicæ Christi Ecclesiæ
firmum, in finem usq; teneamus, &
immotum obtineamus, ijs enim De Tob. 12.
us regnum suum promisit, qui fidem Galath. 5.
suam non mutatam etiam operibus
bonis exornare satagunt. Sed finem
facio, ne verbis te obtundere voluis-
se cuiquam videar, qui te saluum, &
& in domo Dei concordem, atque v-
nius cum illa fidei, vnâ cum uxore o-
pto in Christo Iesu: quos amo plus
quam vobis fortassis quorundam sa-
luti vestræ insidiatum venenatis lin-
guis, tenetis persuasum. Certè idē er-
ga vos sum, excepta ista religionis (si
modò religionis nomen meretur ista
perfidia, & nouata hominum mente,
imò corpore corruptorum doctrina,
veraque θελοθριστία, Deo exosa) con-
trouersia. Etsi enim familiaritatis &
officij in me putes minus: non tamen

amoris, & non simulatae Christianæ
minus est charitatis: qua Deo quoti-
die non semel vos, & erraticas omnes
Christi ouiculas commendare, atque
veram ex animo resipiscentiam, & ad
verum Christi ouile redditum precari
non desino, nec desinam pro vobis
diabolica fraude miserè admodū de-
ceptis gemere atq; plorare, donec la-
tiora de vobis (ô vtinam aliquando
fauente Christo liceat) audierim: cui⁹
voti Deus opt. me citò compotem fa-
cere tandem dignetur, vobis, mihiq;
propitius. Ex portu Genuensi solutu-
rus in Hispaniam die xiv. Febr. an. 79.

Tuus quem nosti ex animo tui sem-
per amantiss. in Christo Ihesu: qui
neminem vult perire, sed omnes
saluos fieri. Venit enim querere at
que saluum facere quod perierat:
quo voto ne in te, aut tuorum infe-
liciss. contubernialium atq; Theo-
machorum aliquo frustretur, faxit
Deus propitius.

DE,